

Alphonso de Vignoliis

16

S. D.

Theophilus Sigefridus Bayer

Non puto sine vobis nostrae decore futuram fuisse, si Studia illa
 Regiomontana exissent. Sed bibliopolarum nostrorum ea est
 ieiunitas et paupertas (obseruati enim omnes vehementer sunt)
 ut nihil fere efficere valeant. Ego igitur, quae aut ipse com-
 mentatus sum, aut alii commentabuntur, seponam, dum hi no-
 stri aliquid efficere poterant. Quae de Ciceronis genere scripse-
 ram, peculiari opera euulgare constitui, quia sub manu cre-
 uit. Ego autem ad illustrandam illius viri potentiam, prin-
 cipio de familia ex qua ortus est, dicam, tum de cognatione
 eius familiae gentisque Corneliae, de Ferentia, de Pisone, Pola-
 bella ceterisque necessariis atque familiaribus etiam Cice-
 ronis, de liberis in primis ex quadam inscriptione Troiana,
 cuius non nisi pars aliqua est ab Apiano et Grutero edi-
 ta, reliqua ex commentariis MSS. Consularis viri ex hac

orbe nostra, qui ante annos centum, et quod excurrit in
 Asia fuit. Adiungam commentationem de diuitiis et redi-
 tibus Ciceronis, de villis, aedificiis et quaecunque alia
 ad priuatam eius vitam pertinebunt. Vide, quantum me
 in eo iuuare possis, non in ingratum conferes. Si quis num-
 mus Ciceronum Herolini alicubi latet, noli negligere, sed
 si potest commodè fieri tuo ad me mitte eius exemplar.
 Publica enim monumenta maxime circumspicio, quibus
 illa exornem. Poduelli dissertationem in *Opuscula* For de Phi-
 philo Antiocheno Schelwigius Gedanensis habet. Is mi-
 hi se eam daturum esse promisit. Si cupis, possim ad
 te descriptam mittere. Si quid litterarum ad me perferi-
 bes, poles apud Lacrosum deponere, ut cum eius et Ja-
 blonsci litteris ad me, cum se occasio dabit, perferantur.
 Annum hunc auspicati indum cupio. Vale immo vale
 sis felix! Regiomonte III. Non. Ianuar. ob 1600. xx.

M. Bayer. 3. Januarii 20.

Alphonso Signolio
Viro Clarissimo
Berolini

34V

Quae commentationes tomo prima continentur ¹³⁵

- I. Vita et effigies Simonis Dachi Poetae Regiomontani
- II. De Christianis S. Joannis
- III. Henric. Doduelli de Theophilo Antiocheno. Ex ^{grapho} autographo
- IV.
- V. Reinaldi Lubenae Aler Galicum et Siculum A. 1589
Susseptum, cum inscriptionibus multis partim nondum editis. Ex autographo Lubenae Praefectus Regiom.
- VI.
- VII.
- VIII. De scholiis in Homerum Graecis
- IX. De Calorum profapia ex nummis et lapidibus.
- X. De genere M. T. Ciceronis ex nummis et inscriptionibus partim nondum editis
- XI. Historia Congregationis de propaganda fide
- XII. De nominibus urbium Borussiae Latinis
- XIII. De situ Regiomontis et aliorum locorum Prussiae
- XIV. Jo. Sartorii Epanorthosis Hannibalis ad Livium
- XV.
- XVI.
- XVII. De inscriptione Delica ³
- XVIII. De legendae historiae Graecae ordine. ⁴
- XIX.
- XX. Ecloga Theodori vel Theoduli emendatior edita cum antiquis scholiis et notis ineditis Frid. rici Gessetii V. C.

STVDIA REGIO


MONTANA

incremento bonarum litte-
rarum consecrata

Tom: I. Comment I. — XX.

Apis Italinae

more modoque



Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum circa nemus vicidique
Tiburis ripas

REGIO MONTANA
Litteris Reuspnerianis, do MCCXIX

Prostant